UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Svmmarivm Homiliæ XLI. Seqventis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53092

Visual Library

SVMMARIVM
HOMILIÆ XLI. SEQVENTIS.

HEbdomadum inchoamus, quæ optimo iure dicitur Magna *a*. atque vt *a* §.1.
tali, principium ei tribuitur magnum, nempe præſens Hiſtoria præ- *b* §.2.
claris plena myſterijs. Oſtendit primò Chriſtus gloriæ terreſtris inſta- *c* §.3.4. *d* §.5.
bilitatem *b*. & ſecundò diuinam ſuam potentiam, quæ in omnium *e* §.6.
cordibus operatur *c*. tertiò mortem ſuam eſſe voluntariam, cum ipſe *f* §.7.
ad eam accedat *d*. & oſtendat diuina ſuper omnes ſe pollere poteſtate *e*. quocirca *g* §.8.
ſuprema digna eſt gratitudine *f*. Eximio myſterio duo aſcendit animalia cumque *h* §.9.10.
receperunt ſua illi proſternendo veſtimenta *g*. Zachariæ complet vaticinium *h*. *i* §.11.
quod cum ſit ita præcellens, par eſt vt illi inhæreamus *i*. Petit à Hieruſalem Pro- *k* §.12. 13.14.
pheta, vt veniente Rege illo, cum merito poſſet illius ob commiſſa in eum ſcelera, *l* §.15.16.
timere aduentum, tamen exultaret *k*. Primò: quia iam ad oculos haberet præſen- *m* §.17.
tem deſideratum à principio mundi *l*. Regem ſuum naturalem *m*. Secundò: quia 18.
ad eorum adeſt beneficium, diſtans multum, à Regibus terræ *n*. quia etiam quod de *n* §.19. 20.
nobis ſumit, idem hoc reddit multo nobilius *o*. Tertiò: quia terrenis bonis inops *o* §.21.
venit: (tali namque nobis opus erat) *p*. & cœleſtibus prædiues: etenim illa nobis in 22.
ſuo nouo teſtamento legauit *q*. Quartò: quia manſuetus adeſt, quo ſigno confirmat *p* §.23.
ſe Regem illum eſſe promiſſum *r*. qui manſuetudine totum erat mundum lucratu- 24.
rus; *ſ*. & Prophetam per Moyſen prædictum *t*. Triumphum huncglorioſum ef- *q* §.25. 26.
fecerunt cantica & acclamationes populi *u*. & puerorum vocibus vltimam adhi- *r* §.27.
bet manum ſuæ diuinitatis confirmationi. *x*. *ſ* §.28.29.
t §.30.31.
u §.32.
x §.33.

§.1 *Vocatur hæc Hebdomada magna, maior quàm prima mundi, & orditur, ſicut illa, in Dominica, in qua lux creata perhibetur.*

§.2. *Inchoatur hebdomada Paſsionis Chriſti à die gloriæ, quam illi mundus attribuit, nos in ſeipſo erudiens, talem eſſe ipſam.*

§.3. *Similiter hæc hebdomada dat principium maioribus Chriſti myſterijs, cùm illa contineat adeo præclara, vt voluerit* David, *quatenus oculos in illam conijciamus, ſicut in vnum comm. in quo ſe Deum Regemque omnium maximè declarauit.*

§.4. *Huius ingreſſus eminentiam declarauit Iacob in filio ſuo Iuda: & Spiritus S. in ſponſa cœleſti: & Deus in obſcuro quod propoſuit Iob ænigmate.*

§.5. Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis. *Hoc ingreſſu ita glorioſa ſuã Chriſtus inchoat mortẽ voluntariam: & appoſitè iter ſuum incipit à Betphage. cui meritò cantant* Hoſanna, *& ramis illũ comitantur.*

§.6 Ite in caſtellum, *&c.* Inuenietis aſinã, *&c.* ſiquis vobis aliquid dixerit, *&c. Vt Dominus oſtẽdat quòd propria ſpõte tẽdat ad mortẽ diuinã patefacit poteſtatẽ in eo, quòd duobus ſuis Apoſtolis præcipit & ordinat.*

§.7. Cum appropinquaſſet *&c. Ipſe moriturus venit ſuo motus amore, velut electrum Ezechielis: actus multò præclarior illo, de quo filia Iephte celebratur.*

§.8. Impoſuerũt veſtimẽta ſua, *&c.* Sternebant in via: cædebãt ramos, *&c. Myſterio nõ vacant hæc duo animalia, & veſtimenta, quibus populus illi occurrit, ſicut in facto Iehu.*

§.9. Hoc totũ factũ eſt, vt adimplerẽtur ſcripturæ. *Optimè deſcripſit Propheta hunc ingreſſum Chriſti, & declarat eum ad gloriã, illius, noſtrumque ceſſiſſe emolumentum.*

§.10. Exulta, iubila, &c. Ecce Rex tuus venit tibi. *In illis quæ ſcribit Euangeliſta*

huic interueniſſe ingreſſui, declaratur totum hunc nobis profuiſſe.

§.11. Hoc totũ factũ eſt. *Præcipit Deus Prophetias ſcribi in buxo, & libris vt illas ſuo tẽpore depromant Euangeliſtæ, ſicut modo D. Matth. & coniunctio fiat ſeptem Pleiadum.*

§.12. Exulta ſatis filia Sion: Iubila Hieruſalem. *Magis timere poterat Hieruſalem quàm Sodoma: illi tamen dicit Propheta, vt exultet, deſignans Chriſti Spiritum talem eſſe, qualem Iacobo & Ioanni declarauit.*

§.13. Exulta ſatis, *&c. Deteguntur hic Dei retributiones, quæ ſunt contra iuris ordinem, retrogradientes ſicut Sem & Iaphet.*

§.14. Exulta iubila. *Timore ac tremore Prophetæ ciuitates percutiebant, ad quas mittebantur. Chriſtus autem exhilarat, ipſo Samuele magis pacificus.*

§.15. Ecce. *Prima ratio hilaritatis eſt illud* Ecce: *quia iam oculis tuis præſentem habes deſideratum ab exordio mundi.*

§.16. Ecce. *Antiquorum omnia deſideria in Chriſto terminabantur, illudque teſtati ſunt ipſa diſpoſitione ſepulturæ ſuæ; & nunc cuncta complentur.*

§.17. Rex tuus, exulta. *Regẽ tuũ cernens naturalẽ iã ſe manifeſtantẽ velut germẽ de quo Hierem. & lapis quẽ vidit Nabuchodonoſor.*

§.28. Rex tuus. *Hic Rex tuus eſt, ne deriſores admittas, de quibus Eſther ait, quòd eſſe non habeant. & Iſaias vocat piloſos.*

§.19. Venit tibi. *Secunda lætitiæ ratio eſt, quòd veniat tibi, Regibus, terræ præcelſior, quorum thronos, & alas manus ſuſtinent ſubditorum.*

§.20. Venit tibi. *Chriſtus Deus eſt, & thronus illius Regalis, ſicut ſol, ac regnum illius velut Dei: ſolũ & totaliter in noſtrũ commodum.*

§.21. Venit tibi. *Cum tibi totus veniat, dicit tamen:* Dominus his opus habet *quia illud ipſum quod accipit, tibi proficit, vt declarat linteum de cœlo deſcendens.*

§.22. *Quidquid à nobis ſumpſit, nobis reddit multò perfectiùs, id agens quod mulier cum fermento.*

§.23. Ipſe pauper, & manſuetus. *Tertia lætitiæ ratio eſt, quòd pauper veniat: talem enim eum iuſti optârunt, taliſque noſtræ conueniebat Redemptioni.*

§.24. Ipſe pauper. *Conueniebat vt Deus laruatus veniret, ſicut dixit Moyſi: larua autem ſecretior erat paupertas.*

§.25. Ipſe pauper, *&c.* Tu quoque in ſanguine teſtamenti. *Terrenis opibus inops venit Chriſtus, ſed cœleſtibus ſic diues, vt nouum illius probat teſtamentum veteri ſuperius, quod animalium ſanguine firmabatur.*

§.26. Ipſe pauper. Tu quoque in ſanguine teſtamenti. *Perpende quàm diues ſit legatis noui ſui teſtamenti omnibus promulgati, quod ſanguine ſuo & morte confirmauit.*

§.27. Venit tibi manſuetus. *Oſtendit Regem eſſe promiſſum ipſa manſuetudo, quia venit mitiſſimus: non ſicut Monarcha in ventis furioſis, & beſtijs deſignati crudelibus.*

§.28. Manſuetus. *Cum Manſuetudine venit: etenim illa mundum ſibi ſubijciet, eſtque vermis ligni tenerrimus.*

§.29. Manſuetus. *Manſuetudo arma ſunt, quibus ſuos veſtit milites, quos Propheta Michæas vocat ſeptem Paſtores, & octo Chriſtos.*

§.30. Manſuetus. *Oſtendit Zacharias Hieruſalem Prophetam promiſſum, manſuetum, Moyſi ſimilem, & ſupplicium tacitè innuit niſi illum recipiant.*

§.31. Manſuetus. *Tibi venit manſuetus ſi illum recipias, quàm rigoroſus erit ſi laceſſeris eũ iniurijs, & crucifixeris, vt ait Apoſtolus.*

§.32. Qui præcedebant, & qui ſequebãt, dicebant: Hoſanna. *Triumphum hunc glorioſum effecerunt populi cantica, canticis ſimilia tranſitus columnæ per mare rubrum.*

§.33. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, *&c. Vltimam laudibus Chriſti perfectionem infantes addiderunt loquendo, quibus initium dederant etiam infantes, at moriendo.*

HOMI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN